DISPUTATIO PRIMA
De
LITIS SACRAMENTARIÆ INFELICI ORIGINE ET PROGRESSU,

Publicè ventilata xv. Julii, Anno ↀↀↀLX.

Reſpondente

JOH. CRUSIO, Huckeswago-Montano.

THESIS I.

UT nunquam Deus Eccleſiam ſuam ab Anti-Chriſto plane debellari paſſus eſt, quin ſtrenuos omni memoria, qui adverſus reſiſterent, in illum concitaverit ſui zelotas, ac *Veritatis Teſtes*, Orthodoxiæ, ſtatim atque in periculo eſſe cœperat, vindices ad omnia interritos; (quos quidem in *Catalogum* collectos, *Matthias Flaccius Illyricus* ſuis reddidit temporibus:) Sic & Seculo xvi. per Lutheri & Zwinglii, illosq; ſubſequentium Doctorū miniſterium, Lucem Evangelii, Papatus caligine, quam circa ſepticollis civitas effuderat, & tantum non univerſā rei faciem